



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Moriturus, vt ex passione Christi sua debita soluere, seseq[ue] ad mortem
præparare, vulnera item Christi animæ suæ vehementer imprimere,
secureq[ue] mori vtî debeat quisque. Can. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Passio Christi
fiti ut sit the-
saurus.

Purgatorias
penas quo-
modo hic
soluamus.

re, indeque haurire quo debita soluantur omnia? Thesaurus hic mors & passio mea est, quam iugi recordatione tuam potes facere, atque plena fide in satisfactione omnium debitorum tuorum pro te mihi offerre, idque haud quamquam inanimiter, si tamen in te à peccatis perfecta fuerit auersio, & nihilo secius in deficientis studium vitæ correctioris. Posses nāque adeo vehementer de offensione mei dolere, adeoque humiliter de te sentire cognoscendo aliud remedij tibi nihil superesse, quam in passione mea. Posses etiam adeo feruenter pro reconciliatione, gratia atque amicitia mea instare, adeoque ab omni te peccato auertere, cupiendo meam iniuriam omnem in te vlcisci, & ab omni deinceps offensione abstinere, vt vno hic momento, vna gemitu deleas, pro quo mille annis in purgatorio fuisses crucianda.

*Moriturus vt ex passione Christi sua debita soluere sese que ad mortem
preparare, vulnera item Christi animæ suæ vehementer
imprimere, secureq; mori vti debeat quisque.*

CANON V.

Moriturus
quæ agere
debeat.

Vulnera
Christi quo-
modo ani-
mæ impri-
menda tem-
pore mortis.
Luce, 11
Ioan 16
Monendum
quinam se-
cusc.

OMni igitur tempore, potissimè circa extrema vitæ, quando iam rationis faciendæ instat exactor, nec est vnde satisfacias, ad hanc misericordix & miserationum mearum arcam recurre, vt debita tua cuncta inde soluendo, secunda moriaris. Quapropter quando iam emigrandi accedit hora, vt ere hoc consilio: Sumptis deuote Sacramentis huic tempori congruis, quibus gratiam meam applicare hominibus statui, admoue passionis meæ id est crucifixi imaginem corporeis si ad manum fuerit) aut cordis oculis contemda. Hanc amplectere, deosculare, totumq; interiorem hominem in mea rosea sanguinolentaq; vulnera imprime, orans vt immensitate miserationum mearum ac sanguine te meo roseo à cunctis iniquitatibus lauem & mundem. Dic quia meam diuinam bonitatē sic decet, vt misericordia mea clarior copiosiorq; in magna (vt tu es) peccatrice manifestetur, nihil sordidum, nihil non mea virtute expiatū relinquam. Freta itaq; hac benignitatē mea, freta mea promissione, quam nihil in meo nomine petutum pollicitus sum non exaudiri, plena fide, integraq; fiducia proice te in me, qui te non possum abiicere, desiderans vt tecum quemadmodum ipse voluero, faciam in tempore & æternitate, idq; ad gloriam meam sempiternam Si hoc modo vulneribus meis immersa, totam te in cor meum proieceris, si totam resignaueris, si meæ innixa prouidentix & benignitati, totam te inquam, mihi commiseris atq; reliqueris, qui fidelissimus atq; perpetuus amator tui sum, secunda morere: neq; enim habeo, qui me tibi negem. Secunda igitur ad me non aliter ac ad piissimum patrem egredere, non tãquam carceri mancipanda, aut longo post tempore castiganda, sed inter suauissimos meos amplexus fouenda, ac à me neuiquam separanda. Cæterum ne ad hanc gratiam (quæ vere singularis, est & paucis datur morituris) frustra aspiret, cura nihilo minus, dum visis, à peccatis muncari, & diuinum meum beneplacitum pro virili in omnibus obedienter amplecti, vt in morte quoq; hac gratia digna inueniaris. Et hæc filia dicta pro morituris sufficiant. Ad fructus alios quos dicere cœperam redeundum est.

*Cruce que quomodo ve sit cuique quotidie portanda vsus creaturarum
qui sumendus: sensualitatiq; qui moriendum.*

CANON VI.

Itaque